

Band II., Nr. 342, Seite 69-71

Papst Eugen III. nimmt das Augustinerkloster Rot mit genannten zahlreichen Besitzungen in seinen Schutz und verleiht ihm weitere Begünstigungen.

Rom, 1152. Dezember 15.

Eugenius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis eius Otinoni, abbati et prelato ecclesie sancte dei genitricis Marie et beate Verene virginis Rote, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quoniam sine vere cultu religionis nec ecclesia potest salva subsistere, nec gratum deo exhiberi servitium, oportet nos ubicumque possumus sacre religionis observantiam instituere et institutam exacta diligentia conservare. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam sancte dei genitricis Marie et beate Verene virginis de Rotha, que a nobilis memorie matrone et vidue^a nomine Hemmun, et filio eius Chönone, liberis hominibus, in proprio allodio suo constructa est, et sub unius bizantii censu, sacrosancte Romane ecclesie annis singulis persolvendo, beato Petro principi apostolorum oblata, et in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio comunimus. Inprimis si quidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum dei timorem et beati Augustini regulam ibi auctore domino institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea possessiones, sive ecclesiasticas sive seculares ad se pertinentias, ut est ecclesia proprii fundi Rothe, cum omni dote, cum omni iure ecclesiastico. Similiter ecclesia Berchhaim cum hominibus censuwalibus, cum omni dote, cum omni iure ecclesiastico, cum allodio proprio et ceteris prediis in eadem villa cum omni iure legitimo existentibus. Similiter ecclesia Scopheloch cum hominibus censuwalibus, cum omni dote, cum omni iure ecclesiastico, et proprium allodium in eadem villa cum omni iure legitimo existens. Similiter capellana ecclesia Nattenbuch et allodium proprium ibidem cum omni iure legitimo existens, et allodium Tennishaim, et predia in villis videlicet Höggenberch, Vélthstetin, Grabanostétin. Ecclesia quoque Stáinbach cum hominibus censuwalibus, cum omni dote, cum omni iure ecclesiastico, et cetera predia cum omni iure legitimo in eadem villa existentia. Predia quoque in villis videlicet Öshouen¹, Ceiz-

^aEs ist *matrona et vidua* zu lesen, so wie weiter unten *pertinentes* statt *pertinentias*.

¹Unbestimmt, Aufhofen, Schemmerhofen, BC, scheint zu weit entfernt, eher nicht Uttenhofen, Leutkirch im Allgäu, RV.

II

zereshouen², Mazzenhouen^{b3}, in Mammingen, Harde, Hösen⁴, Oye, Crawinchele, Mámpen⁵, Maizzelestain⁶, Stiuenhóuen, capellana ecclesia Róthine⁷ cum proprio allodio et vinea ibidem plantata. In villa Curiensi que dicitur Amedes⁸ predium unum. In villa Wílperch predium unum. Ecclesia capellana Mowillare⁹, et allodium ibidem cum omni iure legitimo existens. In villa que dicitur superior Mowillare¹⁰ predium unum. Welemanneswillare¹¹, Iussunwillare, Werenprethtes. In Wangen inferiori mansum unum. Dipoldeshóuen, Richenhóuen, Púwenhóuen, Steininthál, Sumerspách, Mittilinrith, Haselâha¹² allodium, Mörwanch allodium, Habechégge, Chõnrateswillare, Chõnen¹³, Wilandes¹⁴, Spinnelwach, allodium Flornen¹⁶. Cella¹⁷ Pennenróthe, Eichiberch, Bónlanden, Bácheim¹⁸, Haldõn, Egilse, Obuingen¹⁹, Róthemun, Hérbrethtes²⁰, Walthõnwillare²¹, Éppenberch²², Berihtrammeswillare²³, Haselaha²⁴, Meinzinwillare²⁵, Örsendorf, Göncichhóuen, Löphaim, Hundersingen, Hûwun-

^bDer Anfangsbuchstabe *M* ist zwar wegen eines Bruches im Pergament nicht mehr deutlich zu erkennen, doch die Abschrift im Kopialbuch liest ebenfalls *M*.

²Wahrscheinlich Zaisertshofen.

³Eher Matzenhofen, Unterroth, NU, als Matzenhofen, Berg, RV.

⁴Eher einer der zu Oyhof gehörenden Höfe, als Oberhausen, Aitrach, RV.

⁵Vielleicht Manzen.

⁶Untermaiselstein.

⁷Vermutlich Riedheim, Markdorf, FN.

⁸Ems, heute Domat/Ems, Kt. Graubünden, Schweiz.

⁹Untermooweiler.

¹⁰Obermooweiler.

¹¹Vielleicht Wellmutsweiler.

¹²Haslach, Rot an der Rot, BC.

¹³Kunenberg.

¹⁴Wielandes, heutzutage Verenaahof.

¹⁶Ober- und Unterfloders.

¹⁷Zell an der Rot, Rot an der Rot, BC (früher Unterzell) und Oberzell, Rot an der Rot, BC, A.

¹⁸Edenbachen, nicht Illerbachen.

¹⁹Ober- und Unteropfingen.

²⁰Unermittelt.

²¹Vielleicht Waltenweiler, Friedrichshafen, FN.

²²Vermutlich entweder Eppen, Rot an der Rot, BC, W oder Mettenberg, Rot an der Rot, BC

²³Unermittelt.

²⁴Eines der beiden Haslach im Oberamt Wangen, entweder Haslach, Wangen im Allgäu, RV oder Haslach, Argenbühl, RV, falls nicht die beiden Einödhöfe bei Haslach, Rot an der Rot, BC gemeint sind.

²⁵Menzenweiler, nicht Ergach, Rot an der Rot, BC, A.

III

perch²⁶, Híttinishaîm, Dalmazzîngen, Schafhösen²⁷, Bérga, Haseláha²⁸. Hec et alia, quecumque bona, sive cancambiis, sive qualicumque alio precio conquisita, in villulis, prediolis, longe vel prope positis, eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Ut autem omnipotenti deo servire quietius valeatis, eundem locum ab omni potestate seu dominio advocati, aut cuiuslibet laicalis personę liberum permanere decernimus et quietum. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas presumat exigere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse sanctimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint devotioni, et extreme voluntati eorum, nisi excommunicati sint, nullus obsistat; salvo iure matris ecclesię. Obeunte autem in domino eiusdem loci quilibet preposito, nullus ibi quilibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum deum et beati Augustini regulam previderint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare, set illibata omnia et integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem quod eadem ecclesia beati Petri et sanctę Romanę ecclesię iuris existat, unum bizantium nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvētis, deinde omnibus apostolicis viris iugum nostrum in vice Christi nobiscum portantibus, videlicet episcopis, presbyteris, menbris Christi et spiritualibus armis accinctis, apostolicam benedictionem mandamus, et in vera Christi caritate rogamus et precipimus, ut ubicumque predicta ecclesia, predicti fratres Rothenses, ad sanctam Romanam ecclesiam pertinentes, vestre indiguerint subventioni, spiritualibus armis vestris perversos homines, invidię et odii fomite adversus eos inflammatos et vim acrioris potestatis sibi inferentes, in vice nostra, immo omnipotentis dei, durius increpando, excommunicando, anathematizando, sicut vobismet ipsis, subveniatis et ad sedem apostolicam, nisi forte communi consensu et rogatu fratrum, si ita expedit, subveniatur, severissime compellantur. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostrę constitutionis paginam sciens, qualibet surreptionis astutia seu violentia, seu aliqua advocatię occasione nefanda, quam

²⁶Humberg.

²⁷Großschafhausen.

²⁸Das andere der beiden Haslach im Oberamt Wangen, entweder Haslach, Wangen im Allgäu, RV oder Haslach, Argenbühl, RV, falls nicht die beiden Einödhöfe bei Haslach, Rot an der Rot, BC gemeint sind.

IV

sibi quidem et omni hominum deinceps, excepta sola regali persona, a nobis apostolica auctoritate sciat esse interdictam, contra eam temere venire temptaverit, bona eorum videlicet diripiendo, vel aliquam vim potestatis inferendo, sive in proprio foundationis loco, sive in possessionibus, villulis, prediis, longe vel prope ad se pertinentibus, sive homines eorum suis servitiis subiugando, secundo terciove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se iudicio divino existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat. Insuper omnes sibi adherentes, faventes, consentientes apostolice auctoritatis, immo omnipotentis dei, nostri et omnium sanctorum pontificum et sacerdotum excommunicatione et anathematis alligatione subiaceant, in extremitate vite eorum omnium fidelium communionem priventur, et ne a quoquam sacerdotum visitentur per sanctam obedientiam interdicimus, sed sepultura asini, sicut bene promeruerunt, sepeliantur, ut in extremo etiam examine districtę et ęterne ultionis pena multentur. Cunctis autem eidem loco iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum actionis bonę percipiant, et apud supremum iudicem [premia] ęterne pacis inveniant. Amen.

 (*Rundzeichen.*)^c Ego Eugenius, catolice ecclesię episcopus. (*Monogramm für Bene valet.*)

 Ego Chönradius, Sabinensis episcopus, subscripsi. Ego Gilbertus, indignus sacerdos sanctę Romanę ecclesię, subscripsi. Ego Albericus, Hostiensis episcopus, subscripsi. Ego Ymarus, Tusculanus episcopus, subscripsi. Ego Hōbaldus, presbyter cardinalis sanctę Praxedis virginis, subscripsi. Ego Gregorius, presbyter cardinalis tituli sancti Calisti, subscripsi. Ego Gwido, presbyter cardinalis tituli sancti Crisogoni, subscripsi. Ego Iordanis, presbyter cardinalis tituli sanctę Susanne, subscripsi. Ego Octouianus, diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano, subscripsi. Ego Gwido, diaconus cardinalis tituli sancti Cosme et Damiani, subscripsi. Ego Odo, diaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum, subscripsi. Ego Berardus, diaconus sanctę Romanę ecclesię, subscripsi. Ego Petrus, diaconus sanctę Marię in via lata, subscripsi. Ego Iohannes, diaconus sanctę Marię nove, subscripsi.

 Datum Romę apud sanctum Petrum per manum Bosonis, sanctę Romanę ecclesię scriptoris, XVIII. kalendas Ianuarii, indictione XV., incarnationis dominicę anno MCLII., pontificatus vero domni Eugenii pape III. anno octavo.

Nach einer verfälschten Nachzeichnung nach 1182 auf Pergament. Eine Abschrift

^cDie päpstliche Unterfertigung hat in der zugrunde gelegten Abschrift *Elongata*. Das Zeichen für *subscripsi* am Ende desselben fehlt.

dieser Nachzeichnung hat sich im Eingang eines Kopialbuchs des Klosters auf Papier in Folio aus dem 15. Jahrhundert erhalten.

 Die Form des Faksimile erinnert an die misslichen Weingartner Versuche dieser Art. Die Worte *abbati et prelato* im Eingang und die Formulierung des Textes der Bulle, insbesondere von *Deinde omnibus apostolicis viris* an bis *Cunctis autem* sind zumindest äußerst auffallend.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 486 U 769

Editionen:

CHARLES LOUIS HUGO : Sacri et canonici ordinis Praemonstratensis annales : in duas partes divisi, 2 Bde., Nancy 1734-36, Bd. 1, 2, prob., S. 444. Lünig: Reichsarchiv, Bd. 18, S. 450. BENEDIKT STADELHOFER: Historia imperialis et exemti collegii Rothensis in Suevia, 2 Bde., Augsburg 1787, Bd. 1, Doc. Nr. 1, S. 44. PETER RÜCKERT: Alles gefälscht? Verdächtige Urkunden aus der Stauferzeit. Archivale des Monats März 2003 im Hauptstaatsarchiv Stuttgart, Stuttgart 2003, S. 53 (Abb.).

Regesten:

PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 9618 (hier als Fälschung). ALBERT BRACKMANN (HRSG.): Germania pontificia, Bd. 1: Provincia Salisburgensis et episcopatus Tridentinus, Bd. 2,1: Provincia Maguntinensis: Dioeceses Eichstetensis, Augustensis, Constantiensis I, Band 2,2: Helvetia pontificia, Band 3: Provincia Maguntine, Bd. 2,1, S. 231, Nr. 2 (Fälschung).

Literatur:

Tüchle: Rot, S. 42. Rückert: Alles gefälscht?, S. 52.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Format:

50 x 38,2 cm

Sprache:

Lateinisch

Siegelbeschreibung:

Unbesiegelt

Ausstellungsort:

Rom

Ortsindex:

Bauhofen Wohnplatz (18906)
 Bauhofen, Bad Wurzach, RV
 Berg Wohnplatz (17502)
 Berg, Rot an der Rot, BC
 Berihtrammeswillare
 Berkheim Wohnplatz (17097)
 Berkheim, BC
 Binnrot Wohnplatz (17323)
 Binnrot, Kirchdorf an der Iller, BC
 Bonlanden Wohnplatz (17098)
 Bonlanden, Berkheim, BC
 Chur, Kt. Graubünden, Schweiz
 Dellmensingen Wohnplatz (16810)
 Dellmensingen, Erbach, UL
 Denzheim Wüstung (23888)
 Denzheim, Laichingen, UL, W
 Diepoldshofen Wohnplatz (19809)
 Diepoldshofen, Leutkirch im Allgäu, RV
 Domat/Ems, Kt. Graubünden, Schweiz
 Edenbachen Wohnplatz (17250)
 Edenbachen, Erlenmoos, BC
 Egelsee Wohnplatz (17684)
 Egelsee, Tannheim, BC
 Eichenberg Wohnplatz (17099)
 Eichenberg, Berkheim, BC
 Feldstetten Wohnplatz (16838)
 Feldstetten, Laichingen, UL
 Grabenstetten Wohnplatz (15861)
 Grabenstetten, RT
 Großschafhausen Wohnplatz (17583)
 Großschafhausen, Schwendi, BC
 Günzkofen Wohnplatz (21089)
 Günzkofen, Hohentengen, SIG
 Habsegg Wohnplatz (17516)
 Habsegg, Rot an der Rot, BC
 Haldau Wohnplatz (17685)
 Haldau, Tannheim, BC
 Hart, Memmingen, MN
 Haslach Wohnplatz (17525)
 Haslach Wohnplatz (20395)
 Haslach Wohnplatz (20775)
 Haslach, Argenbühl, RV
 Haslach, Rot an der Rot, BC
 Haslach, Wangen im Allgäu, RV
 Herbrehtes
 Hofen
 Hoggenberg Wüstung (23880)
 Hoggenberg, Ehingen (Donau), UL, W
 Humberg Wohnplatz (18979)
 Humberg, Bad Wurzach, RV
 Hundersingen Wohnplatz (16908)
 Hundersingen, Oberstadion, UL
 Hüttisheim Wohnplatz (16830)
 Hüttisheim, UL
 Illerbachen Wohnplatz (17101)
 Illerbachen, Berkheim, BC
 Jussenweiler Wohnplatz (20416)
 Jussenweiler, Wangen im Allgäu, RV
 Konradsweiler Wohnplatz (17534)
 Konradsweiler, Rot an der Rot, BC
 Kronwinkel Wohnplatz (17689)
 Kronwinkel, Tannheim, BC
 Kunenberg Wohnplatz (17536)
 Kunenberg, Rot an der Rot, BC
 Laupheim Wohnplatz (17365)
 Laupheim, BC
 Manzen, Altusried, OA
 Matzenhofen Wohnplatz (19239)
 Matzenhofen, Berg, RV
 Memmingen, MN

VIII

Menzenweiler Wohnplatz (20680)
 Menzenweiler, Ebersbach-Musbach, RV
 Mettenberg : Rot an der Rot BC (Wohnplatz)
 Mettenberg : Rot an der Rot BC (Wohnplatz)
 Mettenberg Wohnplatz (17541)
 Mettenberg, Rot an der Rot, BC
 Mittelried Wohnplatz (20809)
 Mittelried, Argenbühl, RV
 Murrwangen Wohnplatz (17544)
 Murrwangen, Rot an der Rot, BC
 Nattenbuch Wüstung (23891)
 Nattenbuch, Laichingen, UL, W
 Niederwangen Wohnplatz (20464)
 Niederwangen, Wangen im Allgäu, RV
 Oberfloders Wohnplatz (19037)
 Oberfloders, Bad Wurzach, RV
 Oberhausen Wohnplatz (18625)
 Oberhausen, Aitrach, RV
 Obermooweiler Wohnplatz (20473)
 Obermooweiler, Wangen im Allgäu, RV
 Oberopfingen Wohnplatz (17326)
 Oberopfingen, Kirchdorf an der Iller, BC
 Ostia, Latium, Italien
 Ovshouen
 Oyhof Wohnplatz (17691)
 Oyhof, Tannheim, BC
 Reichenhofen Wohnplatz (19915)
 Reichenhofen, Leutkirch im Allgäu, RV
 Riedheim Wohnplatz (18043)
 Riedheim, Markdorf, FN
 Rom, Latium, Italien
 Rot an der Rot BC
 Rot an der Rot Gemeinde (17494)
 Rottum Wohnplatz (17647)
 Rottum, Steinhausen an der Rottum, BC
 Sabina
 Schopfloch Wohnplatz (537)
 Schopfloch, Lenningen, ES
 Sommersbach Wohnplatz (19567)
 Sommersbach, Isny im Allgäu, RV
 Spindelwag Wohnplatz (17562)
 Spindelwag, Rot an der Rot, BC
 Steinbach, Breitenbrunn, MN
 Steinental Wohnplatz (19102)
 Steinental, Bad Wurzach, RV
 Stiefenhofen, LI
 Tusculum, Latium, Italien, W
 Unterfloders Wohnplatz (19121)
 Unterfloders, Bad Wurzach, RV
 Untermaiselstein, Rettenberg, OA
 Untermooweiler Wohnplatz (20530)
 Untermooweiler, Wangen im Allgäu, RV
 Unteropfingen Wohnplatz (17330)
 Unteropfingen, Kirchdorf an der Iller, BC
 Ursendorf Wohnplatz (21098)
 Ursendorf, Hohentengen, SIG
 Uttenhofen Wohnplatz (19964)
 Uttenhofen, Leutkirch im Allgäu, RV
 Verenahof Wohnplatz (17569)
 Verenahof, Rot an der Rot, BC
 Waltenweiler Wohnplatz (17912)
 Waltenweiler, Friedrichshafen, FN
 Welbrechts Wohnplatz (20544)
 Welbrechts, Wangen im Allgäu, RV
 Wellmutsweiler Wohnplatz (18381)
 Wellmutsweiler, Tett nang, FN
 Wildenberg (Ruine), Falera, Kt. Graubünden, Schweiz, W
 Zaisenhofen Wohnplatz (19771)
 Zaisenhofen, Kiflegg, RV
 Zell an der Rot : Rot an der Rot BC
 Zell an der Rot Wohnplatz (17577)
 Zell an der Rot, Rot an der Rot, BC